



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Dominica iiij. post pentecosten

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Infirmi in uia remanent, quos Dauid, id est, manu fortis, dominus scilicet Iesus Christus reperies, spiritali cibo & potu refocillat, atq; eorum mentes ad caelestia facienda accendit. Et solet contingere, ut ipsi postea ad deum conuersi, amatores mundi spiritali gladio increpandos feriant, cum quibus prius communem uitam in seculo ducere desiderabant, qualibus per Osee prophetam pie comminatur, dicens: Ecce ego sepiam uiam tuam ipinis, & sepiam eam maceria: & sequeris amatores tuos, & non apprehendes eos: quæres, & nõ inuenies eos, & dices: Rcuertar ad uirum meum priorem, quia bene mihi erat tũc magis q̃ nũc. Valde aut̃ terribile est, qđ in cõclusionẽ huius parabolaẽ dicitur:

Osee. 2.

Dico autem uobis, qđ nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. ¶

¶ Quod omnes enim uocati sumus, scimus: utrũ autem ad æternam beatitudinem degustãdam uenturi, ad huc ignoramus. Multis enim modis uocat nos deus, per fidem, per baptismum, per exempla patrũ, per prospera & aduersa, per somnia & reuelatiões. Quia ergo inexcusabiles sumus de uocatione, solliciti debemus esse necesse est in bona operatione, ne tempore iudicij a conuiuio dei exclusi, cum faris uirginibus fame pereuntes & clamantes: Domine domine aperi nobis, audiamus: Amen dico uobis, nescio uos, sed potius cum prudentibus uirginibus in æterna satietate de uisione conditoris iugiter epulemur.

Matt. 7.
& 25.

¶ DOMINICA IIII. POST
Pentecosten. I. Petri. V.

Charissimi, Humiliamini sub potenti ma

in dei, ut uos exaltet in tempore uisitatio-
nis. Et reliqua.

Modo fratres charissimi audiuius beati
Petrum apostolum, ad humilitatē nos co-
horrantem atq; dicentem: [Humiliami-
ni sub potenti manu dei.] Manus dei, potestas ei-
us datur intelligi, quia in deo compaginatio mem-
brorum non inuenitur, qui ubiq; & in omnibus to-
tus est, plenus atq; perfectus. Sub more hominum
de deo loquitur scriptura, ut aperti⁹ maiestātē at-
q; potentiam sui creatoris homines intelligant, &
intelligentes quæ sit uoluntas dei, opere comple-
re contendant, unde gaudia sibi sempiterna con-
quirant. Sequitur: [ut uos exalter in tempore uisi-
tationis.] Quia quisquis hic in præsentī seculo ei-
us se subdiderit uoluntati, & in præceptis eius assen-
sum commodauerit, & ea, quantum diuina gratia
posse dederit, opibus adimplere fategerit, carnis
superbiam conterendo, in die ultimæ retributio-
nis exaltabitur a domino, atq; ad æternæ beatitu-
dinis præmia perducetur.

Omni sollicitudinem uestram proiect-
entes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis,] ut
Psal. 54. Inquirentes autem dominum, non deficient omni bono. Et
Psal. 35. ipse dominus in euangelio: Nolite solliciti esse, dicē
Mat. 6. quid māducabimus, aut quid bibemus? icit em̄
pater uester, q̄a his omnibus indigetis. Quærite
ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc
omnia adhiēcientur uobis.

Sobrj estote & uigilate.

Semp in sobrietate & modestia uitã uestram habete, cauentes semper astutias diaboli, & uigilate iugiter in custodia mādatorum dei, & in custodia animarum uestrarum. Sequitur:

Quia aduersarius uester diabolus tāquā leo rugiēs circuit, q̄rens quē deuoret. ¶ Diabolus em̄ nunquā dormiēs, nunquā ab insidijs hominū regeſcens, sed semp die & nocte circuit tentando & insidias ponēdo hominibus, qualiter quēquam illorum, qui dei uoluntati subiecti sunt, sua ualeat suggestionē decipere [quærens quem deuoret,] non corpore sed anima, quemcunq; ad nociua & inutilia ualeat pertrahere carnalia desideria.

Cui resistite fortes in fide.

¶ Exēplo Chri & sanctorū eius, cōtemnentes dulcedinē carnalis concupiscentiæ, recordantes iugiter qd sit illis amaritudinis p̄paratum, q̄ desiderijs terrenis inseruiūt, nec cōverti a malitia sua p̄pōnentiã uolunt. Nos ergo fideliter dño adhærere satagamus, eiusq; p̄cepta iugiter meditemur, carnis nostræ desideria cōteramus, & resistamus fortiter diabolo hosti nequissimo, in fide recta, in spe firma ad dei oīpotentis misericordiã, in charitate perfecta ad seruitium eius opibus misericordiæ & pietatis, ut eius largiente gratia, mereamur & de hoste triumphum, & eternæ beatitudinis p̄mium.

Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo] per incarnationem unigeniti filij sui, quem pro mundi misit mori salute. [Modicum passus,] qui in hoc mundo, quā modici rēporis, multas sustinuit pro nobis iniurias, ad ultimū etiã crucifixus & occisus

est, p redēptione nostra, & mori dignatus est pro nobis. Modicūq; tēporis retentus a morte, statim surrexit tertia die. [ipse pficiet,] in nobis bonū qđ coeperat, nosq; in sua semper uoluntate, & in diuina religione [confirmet & corroboret.] in perseuerantia bonorum operum.

DOMINICA IIII. POST PENTECOSTEN. Lucae XV.

In illo tempore Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, ut audirent illum. Et reliqua.



Sicut unus peccatoris casus multos ad desperationem trahere solet, q eius malū exēplū imitantur, sic unius recuperatio multis pdest ad salutē, qđ in exordio huius lectionis facile cōprobamus, si superiora huius euangelij soliciē consideremus. Vt em euāgelicus sermo supra retulit, Transiens Iesus, uidit hominem

Luc. 5.
Matt. 9.

sedentem ad telonium, nōne Leui, qui & ipse princeps erat publicanorum, & uocauit eum. At ille relicto cōsurgēs, secutus est illū. Et fecit ei cōuiuium magnum in domo sua, & erat turba multarum publicanorū recumbentium cum eo. Ergo publicani & peccatores uidētes principē suū, tā benigne a deo nō solum receptum, sed etiā in ordine apostolarū uocatum, tandem resumpta fiducia,

quasi ægroti ad medicum accesserunt, ut audiret illū. Et nō solū ad colloquendū, sed etiā ad conuiscendū recepti sunt. Quod uidētes scribæ & pharisæi, q̄ de falsa iustitia sibi applaudebant, nō solū ægrotos ad medicū accedentes, sed etiā ipsum medicum ore contumaci reprehendebant, dicentes:

Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Unde cognoscimus, quia sicut uera iustitia compassionē habet, sic falsa dedignationē. Dominus autem Iesus Christus uerā iustitiam habens, compassione & misericordia publicanos & peccatores suscipere non est dedignatus. Pharisæi quidem, qui falso se iustos arbitrabantur, non solum peccatores despiciēbant, sed etiā ipsum medicum peccatores uocantem reprehendebant. De quorum numero erat ille un⁹ pharisæus, nomine Simon, qui cum inuissset dominum ad domū suam, & uidisset mulierem peccatricē lachrymis pedes eius rigantem, & capillis suis tergentem, dicebat in corde suo: Hic si esset propheta, sciret utiq̄ quæ & qualis esset hæc mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Quem præueniens dominus, ait illi: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit Magister, dic. Ait illi. Duo debitores erant cuidam feneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderēt, donauit utrisq̄. Quis ergo eum plus diligere habuit? At ille hoc, quod negare non potuit, respondit, dicens: Aestimo quia is cui plus donauit. Et cōuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domū tuā, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Quis autem

Luc. 7.

mihī non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa. Sed illis murmurantibus, dominus talem similitudinem adhibuit, ut & eorum murmuracionem ex ratione cōpesceret, & ipsa similitudo ad ipsum autorem omnium specialiter pertineret.

Ait enim ad illos parabolam istam, dicēs: Quis ex uobis homo, qui habet centum oues & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? ¶ Ac si diceret: Si uos ouem perditam studio tanto & labore inquiritis, non oui, sed uestre auaritiæ consulentes, quanto magis ego hominem debeo ad imaginem dei factum querere, & de perditione liberare? Quia nō ueni quenquam perdere, sed omnes saluare spiritaliter homo iste, ille est de quo propheta ait: Ecce ueniet deus & homo de domo Dauid, scilicet dominus Iesus Christus, qui habuit centum oues, quando angelicam & humanam naturam perfectam creauit. Centenarius enim numerus perfectus est. & ipse centum oues habuit quando ad obtinendam æternam perfectionem, angelorum & hominum naturam condidit. Vna em̄ ouis tunc periit, quando primus homo peccauit. Sed ille, cuius misericordia est ab æterno, & usq; in æternum Psal. 102 super timentes eum, nolēs humanam naturā perpetuo perire, relictis nonaginta nouem ouibus in deserto, abiit illam querere quæ perierat. Desertū hic cælum intelligitur. Quia enim desertum dicitur derelictum, recte in hoc loco cælum desertum

Mar. 12.

uocatur, quia primus homo peccando illud deseruit. Quod manifestius significare uolēs alius eu-gelesta, pro deserto, in montibus posuit, ut intelligas, in excelsis. Reliquit ergo nonagintanouera in deserto, quando illos angelicos spiritus in caelo relinquens, propter nos & propter nostram salutē humanā naturā suscepturus, intrauit terram. ¶ Notandum tñ quia nō sic eos deseruit, ut semper per diuinitatis potentiam cum illis non esset, per quam ubiq; est præsens, ubiq; est totus, sicut nec nos deseruit, quando ad illos redijt. Quæsiuit enim ouē se non querentem, quia natura humana cum non posset accedere ad eius diuinitatem, factus est nobis uicinus per humanitatem, teste Apostolo, qui ait: Semetipsum exinauit, formam serui accipiens, in similitudinē hominum factus. Et itē. At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suū factū ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

Phil. 2.

Gen. 6.

Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens.] Per humeros dei, labor passionis eius exprimitur. Quoniam ergo habet homo maiorem fortitudinem in humeris ad onera portanda, quam in cæteris membris: merito per humeros uirtus passionis designatur, sicut Isaias ait. Et factus est principatus eius super humerum eius. Quia enim in humeris onera portare solemus, inuentam ouem in humeris posuit, quando nos per laborem suæ passionis ad cælestē gloriam reuocauit. De quo per beatum Petrum dicitur: Peccata nostra ipse ptulit in corpore suo sup lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Eratis enim sicut oues errantes, se-

Isa. 9.

1. Pet. 4.

conuersi estis nunc ad pastorem & episcopū animarum uestrarū. Siue impositā in humeris ouē ad gregem reportauit, quando nos ad suam similitudinem reformauit. Hoc est ergo ouem inuentam in humeris imponere, quod (iuxta aliā parabolam) hominem a latronibus uulneratum, imponere in iumentum & ducere in stabulum. [Et ueniēs domum.] Domus, ad quam inuenta ouis reportatur, cælestis est patria, ad quam illa spiritalis ouis p̄ij pastoris humeris se reportari optabat, cum dicebat: Vnam petij a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatem domini, & uisitem templum eius. Et iterum Erraui sicut ouis que perijt, require seruum tuum domine. Inuenta ergo oue, ad domum reuertitur, quia post liberatam humanā naturam, post triumphum suæ passionis, ad cælum redijt per gloriam ascensionis. Quanta autem gloria de hominis liberatione angelis in cælis orta sit, manifestatur cum subditur:

Luc. 107

Psal. 26

Psal. 118

Conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam que perierat.] Amici & uicini, angelorū spūs sunt: Qui amici recte uocantur quia ab eius ueritate nunquam discordant. Vicini, quia uisionem charitatis illius e proximo contemplantur. ¶ Notandum autem quod non ait, congratulamini inuentæ ouī, sed mihi, ostēdens quia nostra salus, illius est gaudium. P̄issimus enim deus, cum sit immutabilis, sicut humano more contristari pro hominum perditione dicitur, sic de eius salute gaudere. Quod autem de hominū perditione doleat, ipse per Prophetam declarat, cum enumeratis Ierusalem pec-



catis, adiungit, dicens: In omnibus istis contristabas me. Quantum autem de eius salute gaudeat, euangelista declarat, dicens: In illa hora exultauit

Mat. 11. Iesus spū, & dixit: Confiteor tibi pater, domine celi & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuellasti ea paruulis. Cuius gaudij perfectionem dominus declarat, cum exponens similitudinem subiungit, dicens:

Dico uobis quod ita gaudium est in caelo super uno peccatore pœnitentiã agente, quam super nongintanouem iustis, qui nõ indigent pœnitentiã.] Maius ergo gaudium est in caelo de conuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis: quia & nos terrenam substantiam perditam cum maiori gaudio recuperamus, quam ante perditionem possederamus. Quod manifeste illa parabola euangelij indicat, ubi prodigum filiũ reuertentem pater cum magno gaudio suscepit, dicens: Proferte

Luc. 15.

cito stolam primam, & date anulum in manus eius, & calceamēta in pedes, & occidite uitulum saginatum, & epulemur & iucundemur: quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. ¶ Sed forte mouet aliquem, quomodo angeli dei, in quibus summa perfectio est, magis de conuersione peccatorum, quam de statu iustorum gaudere possint. Ad quod dicendum, quia sunt nonnulli electi, qui deo se protegēte nulla capitalia crimina commiserunt, & tamen nullis uirtutibus principalibus se exercent. Et quia suo iudicio sibi iusti esse uidentur, tanto securius uiuunt, quanto se minus peccatores cognoscūt. Qui uero post publica flagitia & scelera ad pœnitentiã conuersi, tanto se acrius affligunt, quanto grauius se

peccasse meminerunt: & sibi met irati, carnem suā per abstinentiam & uigilias macerant, uoluntates proprias abnegant, ieiunijs & elemosinis inseruiunt, in orationibus & lachrymis compunguntur, & mortificantes semetipsos, crucifigunt membra sua cum uicijs & concupiscentijs. De talium ergo peccatorum conuersione maius gaudium est in cælo, q̄ de illorum iustorum statu, qui (ut diximus) tãto minus se in bonis exercent operibus, quãto minus se obligatos sentiunt in malis grauioribus. q̄a & rex eum militem in prælio plus diligit, qui post fugam reuersus, aduersarios uiriliter premit, q̄ illū qui nunquam inuit fugam, nec tamen aliquando aliquid fortiter gessit. Similiter & agricola eam terram plus diligit, quę post exceptionem uepriū & spinarum huberiores fructus reddit, q̄ illam q̄ nunquam spinas protulit, nec tamen huberes fructus fecit. Sunt etiam alij iusti, qui cum iustitię opa habeant, se tamen minime ipsi iustos arbitrantur, & quasi conscijs sibi sint magnorum peccatorum, ita semetipsos accusant, affligentes se ieiunijs, uigilijs, orationibus: & sicut alij culpas operis, ita illi plerunq; deplorant culpas cogitationis. Considerandum ergo est, quia si de conuersis peccatoribus gaudium sit in cælo, multo magis maximum gaudium est de talium iustorum operatione. Neque angeli in quibus perfecta est charitas, sine gaudio salutem hominum uidere possunt, de quorū interitu dolere dicuntur.

Aut quę mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat? Qui superius per pastorem ipse

nunc signatur per mulierē, dominus, s. Iesus Christus, dei uirtus & dei sapientia. Quae mulier habet drachmas decē, quia angelorum & hominum rationalem creaturam creauit. Nouē enim sunt ordines angelorum, id est, Angeli, Archangeli, Troni & Dominationes, Virtutes, Principatus & Potestates, Cherubim & Seraphim. Dicitur enim per superbiam cecidit. Sed ut electorum numerus cōpleretur, ad illius restorationem homo decimus creatus est. Quia tantam multitudinem ex animabus fidelium caelum credimus ascensurā, quoniam illic contigit angelos remansisse, iuxta illud quod scriptum est: Statuit terminos hominum iuxta numerum filiorū Israel. Et sicut dominus ait in euangelio: In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt aequales angelis dei in caelo. In drachma enim imago regis exprimitur: & quia angelorum & hominum spūs ad imaginem dei creati sunt, recte in drachmarum nomine exprimiuntur. Vnam drachmam mulier perdidit, quā primus homo percauit. Sed dei sapientia, nolens hominē perire perpetualiter, accendit lucernam. Lucernam quippe accendit, quando humanam naturam, quam ex nobis assumpsit, uirtute miraculorum per suā diuinitatem clarificauit. Lucerna enim lumen est in terra: lumen in testa, diuinitas in humanitate. Sicut enim lumen in testa conualescit, ita dei caro per ignem passionis ad immortalitatem transiit, sic ut ipse per prophetam ait: Exaruit uelut testa uirtus mea. Sed postquam mulier accendit lucernam, domum euertit: quia cū dñs in humanitate apparuit, statim cor humanum ad poenitentiam agendam conuertit, ipso dicente: Poenitentiam agite,

Luc. 20.

Psal. 21.

Matt. 3
& 4.

Propinquabit enim regnum cælorū. Evertitur quippe domus, quādo homo illud quod nequiter gessit, grauius in se ipso puniens destruit.

Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. ¶ Amicæ & uicinæ, supernæ ciuitatis uirtus sicut, & angelorum scilicet spiritus, qui ab eius uoluntate nūquam discordāt, nec ab illius uisione aliquo interno temporis separantur. Congratulabuntur namque angeli in inuentione ouis & drachmæ, quando numerum suum, quem per apostatam angelum imminutum uiderunt, per recuperationem hominis compleri cernent. ¶ Notandum autem, quia non ait, congratulamini inuentæ drachmæ, sed mihi, ostendens quia nostra liberatio, liberatoris est exultatio. Magna est enim spes conuersis peccatoribus, magna fiducia pœnitentibus tribuitur, cum subinfertur:

Ita dico uobis, quia gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis, qui non indigent pœnitentia. ¶ Quis igitur habet tam durum pectus & impœnitens cor, ut hæc audiens non conuertatur? Ut ergo gaudium habeant de nostra conuersione angeli, utique dignum est, ut luctum in terra tenemus, dicentes cum Psalmista: Lauabo per singulas noctes lectum meum, ut impleatur in nobis, quod dominus dicit in euangelio. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed uidendum est, qualis debeat esse pœnitentia, quia multi sunt, qui se peccatores assidue dicunt, & tamē adhuc delectat eos peccare. Alija uino &

Psal. 6.

Matt. 5.

carne se abstinere, alij largas elemosynas tribuunt: sed quia a peccatis non cessant, fructus dignos penitentiae non faciunt. Quoniam ueram penitentiam facere non potest, nisi qui peccatum odit, & deum diligit. Ille est enim penitens dicendus, qui sic praeterita deserit, ut iterum flenda non committat. Unde bene penitentia dicta est, quasi punientia: quia ita praeterita mala punire penitendo debemus, ut ea iterum penitenda non committamus: quia qui praeterita plangit, & futura cauet, securus ad deum uenit. Qui enim delectabiliter & sine cessatione malis operibus inhaeret, & a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, se abstinere, magis irrisor, quam penitens, dicendus est. Vtrunq; enim penitentibus necessarium est, ut & pro peccatis amaritudinem habeant in corde, & afflictionem in corpore, ut caro, quae leuata nos trahit ad culpam, afflictata reducat ad ueniam, iuxta illius exemplum qui ait: Conuersus sum in arumna mea dum configitur spina, Unde alibi uoce penitentis dicitur: Manducabam sicut cinerem panem meum, & poculum meum cum fletu miscbam. A facie irae indignationis tuae. Et iterum: Ego autem dum mihi molesti essent, induebar cilicio. & Humiliabam in ieiunio animam meam. Hinc ecclesiastica consuetudo publicam penitentiam in cinere & cilicio indicere consuevit, ut in asperitate cilicij afflictio sentiat exteriorius, & in uisione cineris recordatio sit humanitatis interiorius. Hinc uoce beati Iob in persona penitentium dicitur: Idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere. Nullus de magnitudine uel multitudine peccatorum desperet, quia est

Psal. 31.

Conuersus sum in arumna mea dum configitur spina, Unde alibi uoce penitentis dicitur: Manducabam sicut

Psal. 101.

cinerem panem meum, & poculum meum cum fletu miscbam. A facie irae indignationis tuae. Et iterum: Ego autem dum mihi molesti essent, induebar cilicio. &

Psal. 34.

Ibidem

Humiliabam in ieiunio animam meam. Hinc ecclesiastica consuetudo publicam penitentiam in cinere & cilicio indicere consuevit, ut in asperitate cilicij afflictio sentiat exteriorius, & in uisione cineris recordatio sit humanitatis interiorius. Hinc uoce beati Iob in persona penitentium dicitur: Idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere. Nullus de magnitudine uel multitudine peccatorum desperet, quia est

Iob. 42.

Idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere. Nullus de magnitudine uel multitudine peccatorum desperet, quia est

magni sunt morbi animarum, omnipotens est medicus, qui non uenit uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Nullum enim uulnus peccati tam magnum est, ut per penitentiam sanari non possit, si tamen medicina penitentiae non negligatur. Non enim mentitur ille qui ait: In quacunque die peccator conuersus fuerit & ingemuerit, peccata illius obliuioni tradentur. Et iterum: Viuo ego, dicit dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Hinc peccatricem animam ad penitentiam prouocans, per prophetam dominus dicit: Nunquid potest mater obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Humana enim natura sicut facile cadit, sic facile surgere potest. Quia sicut ait saluator in presenti lectione,]Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente.]

Ieze. 18.
& 33.

Isa. 49.

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN. ad Roma, VIII.

Fratres, Existimo enim quod non sint condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. &c.

Siquis intueatur, quod pro eo quis efficiatur filium excelsi dei, & haeres bonitatis eius & gloriae, Christi quoque unigeniti filii dei cohaeres, etiam si in omnium mandatorum dei obseruantia, & iustificationibus domini sine querela permaneat, & per uigil in his mente perduret: si omnia etiam peccatorum genera, quae inferri humanae naturae uel extrinsecus uel intrinsecus possunt, conferat ad futuram gloriam, quae reuelabitur in sanctis his, quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in corde ho-

1. Cor. 2.